

Letter 30: 30 July 1519, [Basel], Capito to Ulrich von Hutten

This letter fragment is quoted by Gerdesius, *Introductio in Historiam evangelii* (Groningen, 1744) I, p. 116, note b.

5 ...A Friburgo expulerunt superioribus annis partim insidiae sophistarum et nausea Scotica, qua
miseros auditores conductus publica mercede obtundebam, (tum enim ex usu authorum quos
lectitabam horis succisivis iudicii lumen suboriebatur, licet admodum tenue), partim etiam Phil.
de Rosenberg episcopi Spirensis autoritas, qui me invitavit honestis promissis ad Brussellam,
10 ubi triennio functus sum officio concionatoris. Illic me submovit negotiorum infinita moles,
ardor ad literas, desiderium libertatis. Parendum enim fuit canonicis et consiliis eorum bona pars
temporis impendenda fuit; respondendum cuivis rustico de nugis prophanissimis; respondendum
vetulis de sua superstitione, et proceribus interim de iure, quod erat praeter professionem
theologi, tametsi leges Caesareas profitentem Zassium illum celebrem in quartum prope annum
10 audivi. Sed forum et lites refugio...